



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

9 Vtrum Angelus moueatur in instanti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

fectionis in intellectu angelico sit quasi materialis dispositio ad illam beatitudinem, vñ simul ex intellectu angeli procedit operatio duplex. Vñ ratione unionis ad verbum, quaf. videt res in verbo. Alia ratione speciei intelligibilis, qua informatur, qua videt res in propria natura; nec etiam in una harum operationum debilitatur per attentionem ad alteram, sed magis confortatur, cum vnaf. ratio alterius, sicut imago rei vnaf. confortatur dum vnaf. actus occulto exteriori actio. n. beatitudinis in beatis est ratio cuiuslibet alterius actio in eis inueniente.

Et per hoc patet responsio ad primum. Secundum concedimus, quia exemplum illud non est conueniens.

AD TERTIVM dicendum, quod potentia intellectiva angeli non terminatur ad duos actus secundum idem, sed secundum diuersas species, quibus ad actum ordinatur.

AD QVARTVM Dicendum, quod inter actum & obiectum nihil cadit medium, sicut species cadit media inter intellectum & eius actum, unde non est simile.

ARTICVLVS VIII.

Verum angelus meruerit suam beatitudinem.

Circa tertium sic proceditur. Videtur quod angelus non meruerit suam beatitudinem. Quid enim dicitur beatum, perfectum est: quod autem meretur, est adhuc imperfectum: sed non potest idem esse simul perfectum & imperfectum: ergo non potest angelus mereri beatitudinem, dum habet eam.

¶ 2 Pra. Angelus beatus est comprehensibilis autem meretur, nisi uiator. Si dicatur, quod in primo instanti quo beatus fuit angelus, beatitudinem meruit. Contra, ergo simul fuit uiator & comprehensibilis, quod falsum est, hoc fit solus Christi.

¶ 3 Pra. Beatitudo, secundum Philosophum, in actu consistit, sed in actu perfecto: & similiter meritum in actu, sed imperfecto: non autem potuit esse quod actus angeli simul esset perfectus & imperfectus, ergo non potuit esse, quod simul esset beatus & beatitudinem meruerit.

SED CONTRA. Beatitudo a nulla pura creatura habetur sine merito, cum habet praemii rationem: sed angelus non potuit eam mereri, nisi in primo instanti, quo beatus fuit, quia ante non habuit gratiam, ut quidam ponunt, & sic mereri non potuit, ergo in primo instanti suae beatitudinis ea meruit.

RESPON. Dicendum, quod de conditione angeli triplex est positio. Quidam enim posuerunt quod angelus in primo instanti suae creationis fuit beatus: sed hoc videtur inconueniens, quia pari ratione alij a primo instanti fuissent miseri, quod etiam quidam dicunt, sed absurdum est, & condempnatum. Alij vero dicunt, quod fuerunt conditioni in gratia omnes & in ea quidam perseverantes beatitudinem meruerunt: alij vero contra eam agentes, facti sunt miseri, & haec opinio nihil difficultatis habet, unde praecipue exieris mihi magis placet. Tertij vero dicunt, quod fuerunt creati angeli in puris naturalibus, & quibusdam conuersis ad verbum simul collata est gratia & beatitudo: & hi diuiduntur in tres vias. Quidam enim dicunt, quod nunquam beatitudinem meruerunt: sed hoc non videtur competere nisi soli Christo, qui est filius naturalis, ut haec redit ad diuinam fruitionem sine merito habeat. Alij vero dicunt, quod mererentur eam ex operibus, quae circa nos agunt: & hoc et non videtur conueniens, ut meritum sequatur praemium, cum magis meritum sit dispositio ad praemium. Tertij vero dicunt quod

A in primo instanti beatitudinem meruerunt ex hoc ipso, quod ad verbum conuersi sunt: & haec opinio inter has tres probabilior est. Vnde ad eius euidentiam sciendum est, quod meritum se habet ad praemium, sicut motus ad terminum, & sicut fieri ad factum esse. In his autem quae successiue fiunt, prius est fieri quam factum esse. In his vero quae sunt subito, simul est fieri & factum esse, sicut simul acriluminatur, & illuminatus est, & simul res creatur, & creata est. Cuius ratio est, quia instans illud in quo primo aliquid factum est, est terminus temporis praecedentis, in quo non erat: & sic aliquid de aliqua proprietate illius temporis retinetur, quantum potest dici quod ante hoc instans res ista non fuit. Et quia

B in his quae per modum successiuum fiunt, fieri attribuitur temporis praecedenti, in momentaneis tamen actionibus fieri non potest attribui, nisi ipsi instanti primo, quod diuidit inter esse & non esse rei. Vnde quauis in omnibus alijs instantibus sequentibus possit dici, quod hoc factum non est, non tamen potest dici quod fiat & factum est nisi est in primo. Similiter dico quod in primo d instanti, quo mens angelica conuersa est ad uerbi fruitionem, & beata quidem erat ratione perfectae fruitionis, quasi in facto esse existens, beatitudinem merebatur in hoc, quod conuertebatur ad uerbum, non praexistente beatitudinis perfectione, sed quasi existens in ipso fieri beatitudinis: sed postmodum mens angeli est tunc beata, & non beatitudinem meretur. Similiter est de contritione, quia in eodem instanti est terminus preparationis ad gratiam, & gratiae infusio.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod non oportet ponere idem simul esse perfectum & imperfectum: sed idem simul esse perfectum & terminum imperfectionis, vel nunc primo esse perfectum.

AD SECVNDVM dicendum, quod angelus meretur ut uiator, non quasi distans a termino, sed ut in termino uice existens.

AD TERTIVM dicendum sicut ad primum.

ARTICVLVS IX.

Verum angelus moueatur in instanti.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod angelus moueatur in instanti. Sicut enim dicitur in libro de intelligentiis, in motu angeli magnitudo spaciae distantiam non operatur: sed propter distantiam quae facit magnitudo spaciae, contingit quod aliquid non equidistans ad praesens & distans, ergo angelus, quae cito ad distans & praesens peruenit, sed ob rationem mouet in instanti, ergo angelus in instanti mouetur.

¶ 2 Pra. Sicut se habet mobile diuisibile ad motum diuisibilem successiuum, ita se habet mobile indiuisibile ad motum indiuisibilem & instantaneum: sed corpus, quod est mobile diuisibile mouet successiue in re diuisibili, ergo angelus, qui non est mobile indiuisibile ex hoc quod caret quantitate, mouet subito, uel in instanti.

¶ 3 Pra. Aristoteles, Physica, probat, quod si aliquid moueretur in uacuo, moueretur in instanti, per hoc, quod medium mobili non resistit: sed sicut uacuum non resistit corpori in motu, ita nec aliquid plenum ipsi angelo, ergo angelus mouetur in instanti.

SED CONTRA est, quod dicit Augustinus super Genesim ad litteram, quod Deus mouet creaturam spiritualem per tempus: angelus autem est creatura spiritualis, ergo mouetur per tempus, & non in instanti.

RESPON. Dicendum, quod in omni motu oportet

D.44.

p. q. 62. ar. 1. o. & 2. d. ii. q. 2. ar. 3.

11. 2. 2. 2.

o. 8th. com. 10.

id. q. ar. i. o.

D.160.

p. q. 62. ar. 1. o. & 2. d. ii. q. 2. ar. 3.

Tex. com. 7.

Tex. c. 64.

ter intelligere successione[m], & tempus per aliquē modum, eo quod termini cuiuslibet motus sunt sibi oppositi inuicem & incontinentes, ut patet in 1. phisic. Vnde oportet quod omne mobile intelligatur esse primum in vno termino motus, & posterius in altero, & sic sequitur successio, sed trāfire de vno termino ad alterum i motibus corporalibus contingit dupliciter. Vno modo, sicut de instanti in instanti, hoc autem esse non potest, nisi quando sunt tales termini motus, inter quos est accipere aliquo modo medium, sicut inter duo instantia est tempus medium, ut patet in loci mutatione, & alteratione, augmento, aut diminutione, & hi motus dicuntur continui propter continuitatem eius super quod transit motus, cuius est plus & minus accipere. Alio modo, transitur de vno termino motus in alium, sicut de tempore in instans, & hoc accidit in motibus, quorum termini sunt privatio & forma, inter quā constat medium non esse: vnde nō potest sic transiri de uno extremo in alterum, ut quandoque in neutro extremo sit, sicut transitur de instanti in instans, ita quod in neutro est instantium: sed in medio tempore, & huiusmodi, motus sunt generatio, & corruptio, & illuminatio, & huiusmodi, in quibus oportet dicere, quod unus terminus erat in toto tempore præcedente, & alius in instanti ad quod tempus terminatur: huiusmodi autem mutationes sunt termini motus cuiusdam, sicut illuminatio dici est terminus motus localis soli, unde in toto tempore præcedente, quo sol mouetur ad punctū directe oppositionis, erant tenebræ: in ipso vero instanti quo peruenit ad punctum prædictum, est lumen: & similiter est de generatione & corruptione, quæ sunt termini alterationis. Et quia inter tempus & instans non cadit aliquod medium, nec est aliquod instans accipere immediate præcedens d ultimum temporis, inde est, quod in huiusmodi mutationibus absque omni medio transitur de uno extremo in aliud, nec est accipere ultimum tempus in quo fuerit in termino a quo, sed ultimum tempus quod terminatur ad instans, in quo est in termino ad quem, & ideo huiusmodi mutationes instantaneæ dicuntur. Hoc autem dici nō potest in motu angeli, eo quod nullum ordinem habet ad aliquem motum continuum, ut possit dici terminus eius, unde oportet ponere quod intelligatur transire de termino motus in terminum motus, sicut transitur de instanti in instans, & non sicut transitur de tempore in instans, eo quod tempus non potest intelligi sine motu: unde cum esse angeli in termino a quo a nullo motu dependeat, nō potest dici quod sit ibi in tempore, sed in quodā nunc, & similiter in termino ad quem eū alio nūc: sed huiusmodi nunc non sunt termini huiusmodi temporis, quod est numerus motus cæli, eo quod motus angeli nullo modo dependet a motu cæli, ut eius numero mensuretur: nec oportet ea cōtinuari per medium tempus. Continuitas enim temporis sequitur continuitatem motus, & continuitas motus sequitur cōtinuitatē magnitudinis super quā trāfit motus, ut hētur in 4. phisic. sed in ipsis operationibus angeli, rōne quartū dicitur moueri per diuersa loca, nō ē inuenire aliquā cōtinuitatē, sed cōsequēter se hēnt, ut & nūc quod mēsurat motum angeli sūt cōsequēter se hēntia, & nō est inter ea aliqd cōtinuās, & ipsa pluralitas sic se cōsequēter est quiddā tempus, in quo dicimus angelū moueri, & hoc cōsonat dicti phil. ubi dicit, quod eiusdem rōnis est indiuisibile mo

D. 744.

Tex. c. 99.

D. 118.

ueri, & tempus componi ex nunc.  
**AD PRIMUM** ergo dicendum, quod non requiritur tempus in motu angeli propter distantiam, sed propter incontinentiam terminorum, quia si non contingit angelum esse in duobus locis simul.  
**AD SECUNDUM** Dicendum, quod successio motus non solum sequitur diuisionem mobilis, sed etiam eius, super quod transit motus: quia secundū prius & posterius in magnitudine est prius & posterius in motu, ut dicitur in 4. phisic. Licet ergo angelus sit indiuisibilis, tamen loca, secundum quæ moueri dicitur, sunt diuisa ad inuicem: & ideo oportet in motu eius intelligi aliquam diuisionem.  
**AD TERTIUM** Dicendum, quod quamuis non impediat aliquod plenum angelum in suo motu, tamen propter rationem iam dictam, oportet in motu eius intelligi diuersa nuncratio[n]em autem Philosophi est magis ducens ad impossibile quā ostē sua, ut Commentator ibidem dicit.

ARTICVLVS X.

Utrum angeli possint agere in hæc corpora inferiora:

**C**irca quintū sic proceditur. Videtur, quod angeli non possint agere in hæc corpora inferiora. Actio enim non potest nisi inter ea quæ habent aliquam cōuenientiam ad inuicem: sed angelus nō habet cōuenientiam cum istis corporibus, cum corruptibilem & incorruptibilem etiam genus non sit vnum, ut dicitur in 10. meta. ergo angeli in hæc corpora non possunt agere.  
**¶ 2. Præ.** Si agunt angeli in hæc corpora, aut agunt imperium, aut per influxum. Si per imperium, æqualiter agere possunt in propinqua, & in distantia, quod contra Damasc. dicitur, quod ubi operantur ibi sunt. Si vero per influxum, oportet quod illud quod influunt per medium transeat: medium autem corporale non est receptiuum spiritualis impressionis. ergo nullo modo possunt angeli agere in hæc inferiora corpora neque in animas nostras.  
**¶ 3. Præ.** Non possunt dici agere, vel influere, sicut sōns insluit riuo, ut idem numero quod prius est in angelo, post modum in his inferioribus fiat, quia sic in agendo aliquid amitteret: nec iterum illud quod in his inferioribus recipi dicitur per eorum influxum creando, quia angeli creatores non sunt: nec iterum educendo de potentia in actum, quia ad hoc natura sufficit. ergo angeli nullo modo in inferiora agunt.  
**SED CONTRA** est, quod Aug. dicit in 3. de Trinitate, quod ea quæ diuinitus in corporalibus fiunt, mini sterio angelorum fiunt. Greg. etiam dicit in 4. dial. quod omnia corporalia per spirituales substantias administrantur.  
**RESPON.** Dicendum, quod de actione angelorū in hæc inferiora corpora duplex est opinio apud philosophos. Commentator. n. vult in 10. meta. quod substantiæ spirituales non possunt imprimere in hæc inferiora corpora, nisi mediantibus corporibus celestibus, quæ a substantiis incorporeis mouentur, secundum philosophos. Auic. vero vult. i. sua meta. & 16. de naturalibus, quod dupliciter imprimunt in hæc inferiora. Vno modo, per motū orbium: & alio modo per imperium immediate, quia formæ intellectus eorum sunt factiue secundum eum, & materia sensibilibis obedit eorum conceptionibus, plusquā quibuslibet qualitatibus actiuis & passiuis: & exinde est factum quod in istis inferioribus fiunt aliquæ transformationes